

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

F. Laurentius Aufkirch prouincialis ordinis praedic. Ioanni Reuchlin LL.  
doctori

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

E P I S . I L L V S T . V I R O R V M A D

**E**GREGIE domine Doctor amice charissime, Habeo tuæ  
reuerentiaæ ingentes gratias pro diligentia ac labore in causa  
nostra. Remitto latorem p̄sentium F. Paulum qui rufus cō  
filio & auxilio tuo indigebit. Nos in huiusmodi causis practicam  
non habemus. Ita ut contendo, sed neq; confusione p̄ouincia  
ac Ordinis libenter uiderem, possem uero optime pati cum pace  
& honore omnia terminata esse. Quod tuo cōfilio atq; opera spe  
ro omnino posse fieri. Frater Paulus plura dicet cui fidem habe  
bis, ego adhuc febris fatigor. Tu uero uale q̄optime. Ex Ulma  
xvi. calend. Maii. M. D. IIII.

F. Laurentius Aufkirch ordinis Prædicatorum;  
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

**A**LLELVIA cum salute. Egregie & charissime Doctor, im  
mortales gratias agimus infirmi, Petrus & Laurentius uere  
ambo tui, q̄a partes nostras & uices fidelissime egisti, cōhiliis  
& auxiliis, cum Paulus tecum esset. Vale ergo sanus, cum honesta  
tua conthorali in æuum. Dat. Ulmae M. D. IIII. Lator diceret reli  
qua.

F. Laurentius Aufkirch Prouincialis ordinis Prædic.  
Ioanni Reuchlin LL. Doctori.

**T**A V E, Salve, Gaude, Vale, cum conthorali tua optime ac  
fidelissime amice.

F. Vigandus Theologiae professor ordinis Prædica  
torum Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. P.  
& se commendat.

**T**ANTA sunt tuæ dignationis obsequiorumq; in ordiné  
Dominici beneficia, Ioannes uir dignissime, ut merito oēs  
tibi eiusdem religionis homines, perpetuos cōstitueris de  
bitores. Sed quid prestaret aut retribueret mēdicus? Plane nihil  
nisi quod tu forsitan haud parum arbitrais, Deo Opt. Max. oran  
do sacrificandoq; apprime te ipsum commendare. Itaq; certum  
scito, dum benefactores recensentur, nunq; te p̄termittendum fo  
re. At quoniam ad id loci, te perduxit ad nos benignitas tua ut no  
stris remediaris periculis tibi iustissimum uideatur, hac tempesta  
te cum nisi tua succurrisset docta prudentissimaq; solertia, res no